



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hesus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs LXXXIIV. Quàm dilecta tabernacula tua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

Illi etenim ueteris perire in finibus Endor,
 Ceu sumus, & putri stercora iusta solo.
 Ipsorum fac esse duces, Seba quod fuit olim,
 Quod Salmuna potens, quodq; Seeba fuit.
 Quod fuit Orebis, quod erant quicunq; Tyranni,
 Gessere in populum bella nefanda tuum.
 Constituunt quicunq; tuas habitare per urbes,
 Seq; loco hæredum nomine reges gerunt,
 Insignes figure, Fac Deus ut secum titubans ceu turbo, rotentur,
 que minantur
 impijs extre-
 ma omnia. Ut sint ceu stipulae quas leuis aura rapit.
 Ut uirides que sparsa uorant incendia siluas,
 Ut uaga que montes urere flamma solet.
 Tali hos tempestate tua Deus effice pena,
 Sic rapido terre fulminis igne tui.
 Imple ludibrijs ignominiaq; superbos,
 Ut discant memores nominis esse tui.
 Erubent, conturbentur sine fine, nec usquam
 Conistant, sua sit pena perire malis.
 Εω! φώνη ματ Tunc Deus agnoscent quia tu sis solus, & idem
 Summus, & in toto maximus orbe Deus.

P S A L M V S LXXXIII.

Quam dilecta tabernacula tua.

A R G U M E N T U M.

Habet Psalmus duas partes: Primo enim agit gratias pro uerbo Dei, templo & cultu, ac commemorat quantum sit bonum haec habere. Deinde precatur ut Deus haec conservare uelit.

Laude ministerium uerbi uehit, optat ab imo
 Pectore se socium muneric esse pij.

Psalms



Psalmus hic hortatur potius linquamus honores
Quam nes aueros hinc patiamur agi.

Vincenti in Githith Psalmus filiorum Corah,

Quam iucunda tui nubi sunt habitacula templi,
O Deus armorum militiaeq; potens.

Spiritus hic ea iamdudum desiderat æger,

Deficiensq; domus languet amore tuæ.

Tam mibi sunt animo quæ tu colis atria, tam sunt
Concilia curæ tecta beata tui.

Corporis ægra mei caro, & intima uiscera cordis
Gaudent uiuentis numine plena Dei.

Ipse sibi inuenit placidam passerculus ædem,*

Garrula se dignum struxit birundo larem.

Quo pullos ceu tuta suos in tecta reponant,

Amplexu ut siveant pignora cara suo.

Oaras, ô templo Deus tua, maxime mi rex,

Mi Deus, ô animæ depereuntis amor.

Felices nimium quibus obtigit ista uoluptas,*

Tecta domus possint ut coluisse tuæ.

Hi tibi perpetuas iucundo carmine grates,

Hi resonant laudes per tua templo tuas.

Felices quicunq; tuo sunt munere fortes,

Qui proprias figunt in sua corda uias.

Ibunt per lacrimis uallem fletuq; repletam,

Et fontem facient qui modo fletus erat.*

O Deus armipotens hanc uocem supplicis audi,*

Audi Iacobæ stirpis origo Deus.

Respice qui clypeo seruas nos fortius omni,

Ab faciem Christi respice quæso tui.

Propositio,
summi bonum
est habere uer-
bum.

* Insignis com-
paratio, quod
locus, in quo
uerbum est, sic
ceu nidus in
quo fideles ceu
pullos suos, ex-
cludit Ecclesia

* ἐπιφωνή

ματα. Fon-
tes uocat loca
in quibus uer-
bum & cultus
Dei uiget, & si
gnificat hoc lo-
co doctores se-
rētes uerbum.

* Deest uersus.
Etiam benedicti
onibus indu-
etur doctor.
Ibunt de uicto-
ria in uictoriā,
apparebitque
Deus in Sion.

* Precatio, utcū
seruet hæc De-
us, & credit ad
amplificandam
magnitudinem
bñicti, ubi uer-
bum Dei est.

Sauior

